



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quæ fides Cæcorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Historicus in Chronographica tabula habet saeculo
300.c.19. [Hoc hodie faciunt recentiores Iconocla-
stae, quorum in domibus ac conclauibus, pro cruce
fixo aliq; sacris imaginibus (quibus ante suum nau-
fragium pie oblectabantur ut banturq; iuxta veterē
Christianorum consuetudinem innumeris SS. Patrum
in tota veritate texta recentiorum testimonio com-
probatam) aliud ferme nihil visitur, nisi vel proprię
ipsorummet aut vxorum effigies, vel impura Luheri,
Caluini, Bezae, Veneris Cupidinis simulachra, alię
similia luxurię citamenta. Hic mihi Iuliani Apostata
suam statuat imaginem Iesu Christi ante, ponentis fa-
ctum ponderant, tedit in memoriam Calviniani cu-
iusdam Nobilis responsum, mihi ante annos aliquot
non nihil hac de re familiariter percontanti datum.
Si sibi ob oculos ponerentur, hinc quidē Iesu Christi
Regis Regum Imago, illinc vero Regis alius terenti
effigies, se Iesu Christi Imaginē potius, quā Regis ter-
reni effigiem confuturum. Quippe vltu comparatū
est, ut quibus hęc semel excecavit mētis oculos, il-
li perficile terrā celo, & creaturā creatori anteponan-]

VERSUS 24.

*Dicebat recedite: non est enim mor-
tua Puella, sed dormit: Et deride-
bant eum.*

QVÆSTIO I.

Cur dixerit: Puella non est mortua, sed dormit?

Christo
dormiunt
qui nobis
mortui
sunt.

§. 1. **V**ere proprieque mortua erat, alioqui mira-
culum nullum futurum erat; nā cuiuslibet
est dormientem excitare. Curigitur mortuam negat?
Prima Responso, sibi mortuam nō esse, tam enim faci-
le posse ad vitam reuocari, quam excitari dormientē.
Altera non esse eo modo mortuam, ut ceteri qui ante
iudicium extremum non resurgunt, alioqui iustorum
mors somnus est. Hinc & loca, ubi Christianorum cor-
pora conduntur, κοιμητήρια vocantur. Dicitur verus
laudatur: *ὁ ἐν τῷ σῶμα θνήσκων καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν*. Vbi
in somnum incidit fratrem mortis: Gorgias Leontinus ap-
ud Elian. l. 2. c. 35. Frater, inquit, incipit, me fratri trade-
re. Panfanius quoque in Laconicis refert, somno &
morti vti fratribus statuas collocatas. Plutarchus ad
Apollonium vocat mortem *κοιμητήριον*, & *ἀφ' αὐτοῦ*
peregrinationē & absentiam. Verum ita illi, qui mor-
tis consecraria, pręmia, & pœnam non credebant.

VERSUS 27.

*Et transeunte inde Iesu secuti sunt
eum duo cæci clamantes & dicen-
tes. Miserere nostri, fili David.*

QVÆSTIO I.

Quæ in cæcis sanandis contigerunt?

Domi-
cu-
rat, ut tur-
bam vitet.

§. 1. **N**on curauit eos in via, ne continuo noua
turba concurreret, & id fieret, quod post
resuscitatem puellam fugerat. Ideo & domi clam cur-
rat, & præcipit, ne cuiquam indicent, nec simplici mo-
do, sed *ἐν ὀνόματι κυρίου* cum fremitu prohibuit. Quæ-
cunque autem causa prohibendi fuerit, iustam fuisse
non dubitamus.

§. 2. Vocant filium David, ut Messiam esse se cre-
dere profiteantur. Hieron. Comment. in Matth. Au-
diant Marcion & Manichæus, & ceteri heretici, qui verus Ie-
sus, ut Mes- niant instrumentū, & discat saluatorem appellari filium David:
siam agno- si enim non est natus in carne quomodo vocatus filius David.
sunt.

Diffamantur, solet in malum accipi, sed nosse ex pres-
sit: *διεφύμηνον*. An peccarint, An certo modo prohibe-
buerit, donec inde abissent, non constat.

Contra mandatum egisse mihi videntur. Hieron.
Comm. & Theophylactus excusant veluti grato, alii
peccasse arbitrantur, utcumque res habeat non mali-
tia, sed nimio gaudio, & studio erga Dominum pecca-
runt, si id factum est.

QVÆSTIO I.

Quæ fides cæcorum?

§. 1. **N**on est specialis fiducia, seu actus volunta-
tis, quo confisi fuerint sibi peccata non im-
putari. Id enim credebant, quod Christus exigebat, si
Creditis quia hoc possum facere vobis: Dicunt ei: vtique Domi-
ne. Fidem ergo omnipotentię, non specialis miseri-
cordię exegit; nec ex eo quia dixerunt, *miserere nobis*,
colligi potest, illi tum de visu recipiendo, non de ele-
ctione agebant.

Fidem exigit, ut credant se posse facere, non ut cre-
dant se posse a Deo impetrare, quæ re diuinitatem
suam demonstrat, dum sibi absolute potentiam illam
tribuit.

§. 2. Calvinus admodum varius est, nam l. 3. c. 2.
n. 29. instituit. Fidem proprie in promissione collocat.
Vitam enim a Deo querit, quæ non in mandatis, aut
pœnarum edictis, sed misericordię promissione repe-
tatur: eaq; non nisi gratuita: quoniam conditionalis,
quæ ad opera nostra remittitur, non aliter vitam
promittit, quam si perspicimus in nobis litam.

Et lib. 3. c. 4. n. 22. [Peccator vero certam & liqui-
dam absolutionem amplecti potest, vbi simplex illa
conditio apponitur de amplexanda Christi gratia, se-
cundum generalem illam magistri ipsius regulam,
quæ impie spreta in papatu fuit, Secundum fidem
tuam fiat tibi.]

Vbi mira vertigine fidem applicat ad specialem fi-
duciam, cum clare constat, quæ sit fides, secundum
quam factum est illis. [At hoc loco: Quærit inquit po-
test an de potentia Dei, & Christi persuasum esse suffi-
ciat, ut quisquam sit fidelis. Hoc enim sonant verba:
Creditis me posse facere? Atqui ex aliis scripturæ locis
patet notitiam potentia fore: namem vel frigidam, ni-
si de voluntate certi sumus. Christus tamen eorum re-
sponso contentus, ipsorum fidē quasi numeris omni-
bus absolutam laudat. Respondeo, quum prius Dani-
dis filiam confessi sint, de gratia aliud apprehendisse.
Nam hoc titulo redemptorem gētis suæ, bonorumq;
omnium autorem ornabant. Ipse ergo de sua potetia
quæ ens, alius percontatur, an se iō credant. Fides er-
go Dei misericordiam & paternum amorem cum po-
tentia, Christi etiam propitiā voluntatem cum vir-
tute complectitur. Sed quia Dei potentia & Christi
virtuti minus quam decebat, vulgo tribuunt homi-
nes, non abs re hæc quæstio cæcis proponitur, an
credant Christum posse quod ore professi sunt.
Quamquam simpliciter scire voluit Christus, an sibi
ex animo deferrent Messia honorem. Et hac de causa
laudatur eorum fides, quod in illa humili contempta-
que specie filium Davidis apprehendebant.]

Respondeo: Verbis Christi cum aperte refutari. Quam-
Christus enim quærit, non alia dere, sed an crede-
rent, posse se hoc facere: Non vero an vellet, volunta-
tis incerti erant. Cuius indicium erat quod sequentes clamant
veluti neglexit, nec responsum dedit; ut vellet, roga-
bant. Credebant filium David, & redemptorem; non
tamen idcirco etiam hoc credebant, fore ut ipsorum
oculos aperiret; multos enim esse cæcos, surdos, clau-
dos, sciebant, quibus id beneficium non præstiterit,
nec ta-

hec tamen probabile est illos non rogasse. Potentiam igitur credebant, misericordiam sperabant. Idem de spe salutis eorum statuendum est.

QVÆSTIO I.

Cur præcepit ne cui dicerent?

§. 1. **C**um publice multis comitantibus domum Principis adiret, cum nunciaretur esse puella mortua, videbatur res cœlari nec posse, nec debere. Nō debere, quia publice adibat, Tibicines ejicere, dormire dicebat, cum parentibus adibat, & Apostolis, quod si res cœlata fuisset, magno scandalo non modo turbæ, sed etiam Apostolis fuisset, & Phariseis obloquendi materies, quasi stulte conaretur, quæ nō posset. Itaque cum de voluntate illius constaret, omniumque animi penderent, de euentu quoque fieri certiores oportuit. Nec posse etiam cœlari tantum factum videbatur; non modo quia publice domum adibat, sed quia parentes negare non poterant, hanc filiam suam esse, mortuam fuisse, & reuixisse. Constabat id toti familiæ, itemque turbæ tumultuanti, nec dubium non modo cogitatos, sed alios quoque ingreſſos viſendi & rogandi auidos. Quocirca vi. 26. dicitur, & exiit fama hac in vniuersam terram illam. Itaque non videtur humilitatis causa id præcepisse, neque ut inuidiam Phariseorum fageret. Cur igitur vetuit Turba ingens quæ ante eum compellerat circa domum erat, alijque discipuli, amici & cognati omnia compleuerant, omnium oculi animique in rem præſentem intenti erant, expectabant, ut quemadmodum Hæmorrhœiſſam vocauerat, & ad confessionem adduxerat, ita quoque eam reſuſcitaret puella, & parentibus rediret; ac tum ob miraculi magnitudinem affectumque populi studiaque ſequentium videtur turbas trahere, & maleuolis occasionem dare ferendum de ſeditione ſuſpicionum, id enim loanni in ſpeciem obiectum erat, & conuentuum prætextus ab Herode ſumptus; ut reſtatur Ioſephus. Itaque ne id conarentur in ipſa vrbe, quod poſtea foris tentarent, ut raperent eum, & facerent regem, atque ita ciuitatem conturbarent, voluit tacere parentes, donec ille cum diſcipulis abiſſet; ille igitur abiens quæ minor turba erat, reliquit teſtem & ſpectatorem miraculi populum. Poſtea autem dum abeſt ipſe, turbæ quoque ſenſim defluxere. Itaque ſibi, & ſuis, & turbæ hoc præcepto conſultum voluit.

VERSUS 32.

Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, demonium habentē. Et eiecto demonio, locutus est mutus, & mirata ſunt turba dicentes: nunquam apparuit ſic in Iſraël. Pharifæi autem dicebant: in principe demoniorum eiectit demones.

QVÆSTIO I.

Quale hoc demonium?

§. 1. **D**uctum ab eo quod capite 12. Lucas verſ. 14. deſcribit, vbi etiam demonium eiicitur. Hæc

vero diuerſitas erat inter vtrumque, quod hic dicitur, homo mutus, ἀνθρώπου καὶ φωνῆς, δαίμονι ζόμενον, & c. *Demon* 12. homo dicitur δαίμονι ζόμενον πηλὸς καὶ καὶ φωνῆς. hominem At apud Lucam de demonio dicitur, καὶ ἀνθρώπου καὶ φωνῆς. Et ipſum erat mutum. Potest ſane demonium dici mutum, quod miſeri linguam conſtringeret, ne in verba ſoluere poſſet, idque ſpeciali Dei permiſſu. Veleriam quod gaudiendi facultatem demoni Deus ſuſtulerit. Conſtat ſane apud Marcum, hominem liberatum à Dæmone locutum eſſe. Deitatis argumentum eſt, quod eius imperio coguntur obedire mali Spiritus, & quidem quod imperio, non Deum inuocans, eiiceret.

§. 2. Maiora quidem facta ſunt, ſed nunquam tam multa, tam magna auctoritate. Interpret Caluiniſta hyperbolicum ait, nam hæc vox non ſuit mediata, ſed ex admiratione prorupit.

§. 3. Nos Auguſtinus hoc loco monet, lib. 3. *Conſuetudine* contra literas Pelagiani Donatiſtæ, ne hominum debent exconuiſſa à bonis opibus deterreamur. Hæc & a. citat vir-
lia, ait, teſtimonia diuina nos aduerſus humana vaniloquia tutem, nō proſerentes, ab inimicis gloria Chriſti acerba opprobria ſuſtineremus. Dicant quod volunt, dum ille nos exhortetur dicens, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia ipſorum regnum calorū. Beati eritis cum vos perſecuti fuerint homines & maledixerint vobis, & dixerint omne nātum aduerſus vos mēientes propter me. Quod ait ſuperius propter iuſtitiam, hoc repetiuit, quod ait poſtea, propter me: quia factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia & ſanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Qui cum dicat, Gaudete & exultate, merces enim veſtra multa eſt in cœlis ſi quod dictum eſt, propter iuſtitiam. Detractor propter me, in bona conſcientia tenco, quiſquis volens detrahāt ſamam, merces mea, nolens addit mercedi meæ. Neque enim me ille ſuo cœdis auctore tantummodo docuit, non etiā ſuo firmavit exemplo. *Secundus eſt* quire ſanctarum ſcripturarum fidē, inuenies Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe in cælum, ſedere ad dexterā patris. ſequere criminationis inimicorum, tam putabis eum de ſepulchro ſuratum eſſe à diſcipulis. Quid ergo nos quantum ipſe donat, deſcendentes domum eius ab inimicis eius aliud ſperare debemus? Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Si ergo toleramus, & conregnabimus. Si autem nō aures ſolam percutit iracundia criminantis, verum etiam conſcientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodeſt, ſi me continuis laudibus totus mundus attollat? Ita nec malam conſcientiam ſanat præconium laudantis, nec bonant vulnerat conuiſantis opprobrium.

§. 4. Caluinus Pharifæorum peccatum eſſe ait in Spiritum Sanctum, nec remitti. l. 3. c. 3. n. 22. [Quorum autem, inquit, conuiſta eſt conſcientia: Dei verbum eſſe quod repudiant atque impugnant, impugnare tamen non deſinunt: Illi in Spiritum blaſphemia dicuntur; quandoquidem aduerſus illuminationem (quæ opus eſt Spiritus Sancti) luctantur. Tales erant ex Iudeis nonnulli, qui quum reſiſtere ſpiritui per Stephanum loquenti non poſſent, reſiſtere tamen conrendebant. Non dubium eſt quin ex illis multi, Legis zelo ad id raperentur: Sed fuiſſe alios apertè, qui malitioſa impietate in Deum ipſum furerent, hoc eſt in doctrinam quam eſſe à Deo non neſciebant. Tales & ipſi Pharifæi, in quos Dominus inuehitur, qui Spiritus ſancti virtutem ut diſſicerent, Beelzebub nomine infamabant. Hic ergo eſt Spiritus blaſphemie, vbi hominis audacia in contumeliam diuini nominis data opera proſiliit. Quod innuit Paulus, quum docet ſe miſericordiam conſequutum, quod ignorans ea per incredulitatem commiſerat, quorum merito indignus alioqui fuiſſet gratia Domini. Si ignorantia cum incredulitate iuncta fecit ut veniam obtineret, hinc ſequitur non eſſe veniam locum vbi ſcientia ad incredulitatem acceſſit.]